

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

Sezione manoscritti, ai n. 2834 - 2835

Emptio Nobili et Magnifici Domini Christophori  
Calepini facta ab Hominibus Pinedi. 1580

n. 33

[pergamena]

50

[Compera del Nobile e Magnifico Signor Cristoforo Calepini fatta dagli uomini di Pinè.1580]

Documento trascritto e tradotto a cura di Oss Papot Lucia e Grisenti Luciano

Primavera 2019

In Christi Nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem millo quingentesimo octuagesimo indictione octava, de veneris octavo mensis ianuarii in Civitate Tridenti in contrata burgi novi in stuba nova domus et habitationis infrascripti Magnifici domini emptoris, praesentibus ibidem Excellentissimo doctore domino Iosepho Gaudenzo cive Tridenti, mastro Michaelae filius quondam Giovanni a Monte sutore et habitante Tridenti, Antonio filius quondam Iovanni Matthei Rosseti de Sardanea, Bernado quondam Vigilii a Puther patri, et Baptista quondam Iovanni de Albertinis de Revodo vallis Annonie, testibus ad infrascripta communa et singula vocatis spetialitque rogati. Ibi que personaliter constituti Ioannes et Iacobus fratres filii quondam Christeli Slop de Miola, Anzel quondam Petri de Snaideris de Sternico, Paulus quondam Bartholomei de Gasparis de Vigo, Pasquinus quondam Ioannis dicti Anzel Brisegin de Richalco, Thomasio quondam Giovanni dicti Anzel Fidel de Miola, atque omnes plebis Pinedi diocesis Tridenti facientes sijndicario et procuratorio nomine hominis universitatis et totius communis Pinedi praemissi ut de eorum mandato sijndicatus et procuratorij dixerint apparere instrumento rogatus per dominum Bartholomeum de Nigris notarium Tridenti sub die 6 praesentis mensis ad infrascripta spetialiter pagandum, et per quibus hominibus, et commune Pinedi, exabundanti ipsi, et cuilibet eorumque principaliter et in solidum se se obligantes, cum infrascriptis renuntijs per se se, et successores dicta universitatis, et communis ac per se se et eorum heredes nominibus propriis. Dederunt, vendiderunt et tradiderunt Nobile et Magnifico domino Christophoro, quondam Nobile et Magnifici domino Bonaventure de Calepinis de Tridento dominio iurisdictionis Grumesij ibidem praesenti ementi et recipienti per sé suisque heredibus affictum perpetuum stariorum quinquaginta frumenti ad communem mensuram Tridenti cum proprietate et directo dominio unde solui debet soluendum omni anno perpetualiter per dictos homines

ditti communis Pinedi, et per eos denimet venditores ut supra in solidum obligatos in festo Sancti Michaelis ut infra eius octavam. Quem afflictum co meliori modo, via, iur, forma causa et ordine quibus magis, et melius et iur potuerunt et possunt dicto sijndicario et procuratario nomine posuerunt, et constituerunt supra montanea Regnanae dicti communis siti siti in pertinentijs dicti Pinedi infra hos confines vs versus mane apud Commune Paludis iurisdictionis Caldonatij, versus meridiem apud Commune Viaragi, iurisdictioni Pergine, versus sero et septentrionem apud Commune Pindei praedicti. Necnon proprijs nominibus posuerunt et constituerunt supra infrascriptis eorumque proprijs locis vs per ipse Ioannes Slop supra una petia terrae arativa quantitatis stariorumque octo ut circa serminis siti in pertinentijs Pinedi, et Miolae premissae in loco al Dos infra hos confines, vs versus mane sero et septentrione apud commune, versus meridiem apud Baptista Fumader, et Bartholomeus Bolich. Item ipse Anzel de Sandris supra una petia terre arativa quantitatis stariores quattuor seminis ut circa siti in pertinentijs Sternigi in loco dicto a Ronchedel versus mane, et sero apud viam communem versus meridiem apud Heredes quondam Iorij de Sandris septentrionem apud Heredes quondam Iacobi de Sandris. Item ipse Pasquinus supra una petia terre arativa et prativa quantitatis quo ad aratoriam stari 8 ut circa seminis et quo ad prativam duorum secatorum siti in dictis pertinentijs Pinedi et Richalchi in loco dicto ai Piazi versus mane apud Iovannem Mariam de Foxis partim et partim Iosephum de Foxis, et Iovannem de li Avi, et alios versus meridiem viam communem versus sero et septentrionem apud commune. Item ipse Paulus de Gasparis supra uno loco prativo quantitatis trium secatorum siti in pertinentijs dicti Miole in loco dicto in Prada versus mane apud Ioanninus de Arzolaga versus meridiem illos a Rautha sero commune septentrionem Thomasium Fidelem. Item ipse Thomasius supra uno prato quantitatis secatorum quattuor ut circa sito in pertinentijs dicte Miole in loco dicto in Prada, versus mane apud Rugiam et partim ipsum Thomasium versus meridiem partim li Zoannini et partim antedictum Paulum sero commune septentrionem Petrum Peterlat.

Item ipse Iacobus Slop supra una petia terrae arativa quantitatis staria 4 ut circa seminis siti in pertinentijs Miole, in loco alla Lovara versus mane, et meridiem apud dictum Iacobum sero et septentrionem apud commune et forte dictis rebus ut supra obligatis, et quilibet earumque alii sunt plures et veriores confines. Volentes ipsii venditores quibus supra nominibus dictas res ut supra obligatas et illaque pro tempore possessores semper fore obligatas, et obnoxiatas, et obligatos ad solutionem et prestationem dicti annui affictus vs tam dictam montaneam, et dicta alia loca propria ut supra nominata et confinata. Necnon dixerunt illa re habilia et idonea ad tollerandum et solvendum dictum affictum et si alii repirentur obligarunt omnia alia eorumque bona praesentia et futura. Ad habendum, tenendum, et possidendum ut quasi, et quoquod dicto domino emptori suisque tredidit deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus, et singulis quem infra praedictos continentur confines ut alios si qui forent ulterius veriores cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et communem et cum omnibus et singulis qui habent supra sè supra, intra, seu, intra sé in integrum omnique iure et actione usu, seu requisitione sibi ex dictis rebus per dictis rebus aut ipsis rebus modo aliquo spectante et pertinente respectu proprietatis. Et hoc nominatim pretio, et nomine pretii Rhenenses tricentorum in rationem libra quinque pro singulo Rhenense. Quod idem dominus emptor ibidem in testium articulum meique notari infrascripti presentia dedit, solvit et numeravit dictis venditoribus illud ad sé trahentibus in munetis argenti vs iustinis et tronis, et quos ipsii venditores dixerunt recipere per solvendis collectis per quibus valde molestabantur. Quem affictum ut supra vendit cum proprietatibus supra quibus est constitutus ipsi venditores quibus supra numinibus, et respective ut supra sé vice et nomine dicti domini emptori et per eo tenere et possidere ut quasi constituerunt donec et quousque illius corporalem accepit possessionem ut quasi.

Quam accipiendi, sua propria autoritate et retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam, consulerunt atque dederunt, respectu proprietatis ita ut respectu utilis domini dicte res obligans remaneant penes eos venditores et respective prout supra obligate fuerunt singula singulis referendo, premittentesque per se se et eorumque successores in respectu dicti comes et per se se et eorumque heredes respectu proprii nominis, dicto domini emptori per sé suisque heredibus stipulanti et acceptanti descriptione et legitima defensione dicti affectus cum proprietate illius suam formam iuris et de rato et rati habitione omnium et singulorum supra et infrascriptorum sub pena dupli dicti pretii solemnī stipulatione premissa, et refectionis omnium datroque expensa ac interesse sitis et exempla qua pena soluta ut non nihilominus omnia et singula atque rata maneant et firma per duelia quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmitis attendentis et plenius observantis obligarunt per omnia bona dictis communis Pinedi, et etiam sua propria ipsorum hominum presentia et futura promittentesque dictas res ut supra obligatas meliorare, et non deterriorare sed illas de bono in melius promovere et de eis et per eis omni anno in festo Sancti Michaelis ut infra eisque octavam per Sijndicario et Procuratorio nomine deinde nominibus per primis principaliter et in solidum se se obligantes et eorum bona eorum expensa et picula dare, soluere, conducere, mensurare et presentare dicto domini emptori et eisque heredibus at domum et eorum abitatione in civitate Tridenti staria quinquaginta frumenti ad mensuram Tridenti boni sivi nitidi et bene sasonati et cribellati nomine affectus perpetui dictorque locuque et rerum obligati, cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorque merchatī veteris Tridenti ibidem expressis et solemnī stipulatione vallatis et in casu desolutionis sint defalcatio tertij iuxta tenorem constitutionum reverendissimo domini et q. Renuntiantes ipsi venditores, et quilibet eorumque concionati per me notarium de vi et importantia inditorem beneficione et remissionis per beneficio de pluribus reis de tendi et emptendi divi Adriani ac beneficio excussionis et discussionis.

Necnon qui non potuerint sé obligare per absentibus minoribus, et universitatibus ac beneficio facti alterius, ac non precedente obligatione et promissione principalium, ac beneficio qui de possunt opponere dictum contractum eum nullum et nullius vallis ob non servatas solemnitates requisitas in alienationibus rerum universitatum et omni alii suo iuri et alium omnium auxilio sibi et quilibet eoque in premissis et circa premissa competenti, et competituro. Caeterum per pactum expressum et solemnitate vallatum actum et conventu fuit qui quantocumque et quotienscumque in perpetuum iuxta tenorem dictaque constitutionem dicti venditores ut alter eorumque quibus supra nominibus dederint soluerint et numeraverint, dederit, soluerit, et numeraverit dicto domini emptori et eisque heredibus Ranenses tricentum in rationem premissa teneatur ac teneatur illos recipere et acceptare, et dictos venditores, quibus supra nominibus, et dictas res obligatas absolvere, liberare, et franchitare ab ulterius solutione dicti affectus et facere sibi infrascriptum cum clausulis solitis et consuetis in forma. In supra alio pacto espresso ut supra quae lege ipse magnificus dominus emptor ut eique heredes procederet ut procederet ad exorationem dicti affectus contra alterum ex ipsis affectualibus et obligatis nondum propterea cesseatur prohibitus procedere contra quam sibi et eorum et ex eis non facta etiam e excussione contra ipsum primum requisitum et sic gravatim de uno in unum sit sibi licitum prout videbitur procedere contra quem maluerit per completa solutione dicti affectus aliqua lege in contrariam non obstante.

Ego Thomas Benassutus civis Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius qua premissis interfui et ea rogatus publice scripsi ideo in fidem me suscripsi cum signo nomineque meis solitis requisitus ad edendum et istud presens instrumentum in presenti carta membrana non obstante que fuerit aliud editum et scriptum in papiro in libro instrumentorum dicti domini emptoris

Ad Laudem Dei Omnipotentis